



Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris
Petri Marchantii**

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 3. De obligationibus Praelatorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

Archipresbyteris conceduntur, Episcopis autem majora reservantur, sic & prælatis localibus, qui & minores prælati ad distinctionem nuncupantur. Porro Consulendæ sunt leges & constitutiones cuiuslibet Religionis in particulari, ut de corum potestate singulariter constet.

Articulus Tertius.

De Obligationibus Prælatorum.

1. **O**bligatur quilibet Prælatus, per se vel per idoneos substitutos, instruere & curare instrui suos subditos, in necessarijs ad salutem. Nimirum: in fidei & legis Christianæ, tam Divinæ quam Ecclesiasticæ præceptis: in votorum essentia- lium necessaria notitia, in observantiarum Regularium, juxta suos gradus, disciplina.

2. Obligatur: ut provideat per se vel per alios idoneos, de sacrorum & sacra- mentorum congrua & legitima admini- stratione, utque subditi debita dispositio- ne, & opportuno tempore illa recipiant. Unde si aliqui ante ingressum Religionis, confirmationis sacramento forte insigniti

non

non sint, tenetur superior id sciens, provi-
dere ut ab Episcopo confirmetur.

3. Tenetur superior providere de con-
fessarijs doctis & idoneis, qui judices Do-
ctores, Consiliarij, & Medici pænitenti-
bus esse possint, eo magis, quod in statu
Religionis plura consilia, ad conscientia-
rum & exercitiorum directionem requi-
rauntur, ob majores satanæ dolos & ver-
sutias, quibus tendentes ad perfectionem
impugnat.

4. Tenetur superior assignare oppor-
tuna tempora, tam pro confessione, quam
pro sacra comunione, aut missæ sacrificio.

5. Providere debent superiores de tem-
pore orationis, maxime internæ & ejus di-
rectione, sine qua Status Religionis vix
conservari potest.

6. Obligatur superior providere ut of-
ficia divina congrue celebrentur, Cere-
moniæ sacræ serventur & explicitur.

7. Obligantur ex vi officij providere
superiores, ut de victu, vestitu, medicinis,
& necessitatibus hujus vitæ, frugaliter sit
subditis provisum, nec spiritualia subsidia
anima-

animabus denegare possunt, quod docet
S. Bern. serm. 23. super Cantica: *Audiant
hæc Prælati qui sibi commissis semper volunt
esse formidini utilitati raro, erudimini qui
judicatis terram, discite subditorum matres
vos esse debere, non dominos, studete magis a-
mari quam metui, & si interdum severitate
opus est, paterna sit, non tyrannica: matres
fovendo, patres corripiendo vos exhibeatis,
suspendite verbera, producite ubera, pectora
lacte pinguecant.*

8. Obligatur ut regat prudenti vigilan-
tia, ut præsens videat, qualiter communis
disciplina in Conventu servetur, in officijs
divinis, exercitijs spiritualibus, operibus
communitatis, in Ecclesia, in Dormitorijis,
in reectorio, in Officinis, quas debet fre-
quenter visitare, & opportune de ijs, quæ
in illius absentia fiunt, inquirere.

9. Debet advertere ad singulos subdi-
tos, qualiter se habeant in exercitijs priva-
tis, orationis, virtutum, studiorum, lectio-
nis, ut nimirum otium pulvinar diaboli tol-
lat, unde sæpius visitandæ sunt cellæ & su-
per privatis conversationibus & adhæren-
tijs

tijs inquirendum, vigilantia autem debet esse opportuna, ut scilicet non semper importune instet, sed interdum dissimulet, det tempus & locum libertati spiritus, ut non videatur exactor & satelles. Demum sit quieta, sine tumultu aut vexatione.

Articulus Quartus.

De peccatis Prælatorum.

1. **P**eccant mortaliter superiores qui ex-
terno regimini intenti, de instructio-
ne suorum in rebus ad salutem necessarijs
non sunt solliciti, & vix unquam de rebus
salutis cum illis loquuntur, & si capitula
celebrant, in illis de temporalibus agitur,
aut ut plurimum sermones illorum inve-
ctivi sunt.

2. Peccant mortaliter & omnia pecca-
ta in eos relabuntur, qui ignaros superio-
res, scienter eligunt, instituunt, vel con-
firmant.

3. Peccant mortaliter qui cum per se
ipos non possint aut nolint, non curant
per alios, subditos instrui in necessarijs.

4. Gravissime peccant superiores, qui

ne